Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



cnabunt celi iustitiam eius: quim deus iudex est.
Audi populo meus et loquar: israhel et testi-
ficabor: tibi deus deus tuus ego sum. Non
in sacrificijs tuis arguam te: holocausta
autem tua in conspectu meo sunt semper. Non
accipiam de domo tua vitulos neque de gre-
gregibus tuis hircos. Quoniam meae sunt omnes
ferae siluarum: iumenta in montibus et
boues. Cognoui omnia volatilia celi: et
pulchritudo agri mecum est. Si esuriero
non dicam tibi: meus est enim orbis terre & ple-
nitudo eius. Numquid manducabo carnes
thaurorum: aut sanguinem hircorum potabo.
Immola deo sacrificium laudis et redde
altissimo vota tua. Et inuoca me in die
tribulacionis: et eruam te et honorificabis me.
Peccatori autem dixit deus quare tu enar-
ras iustitias meas: et assumis testamentum
meum per os tuum. Tu vero odisti disciplinam
et iecisti sermones meos retrorsum. Si
videbas furem currebas cum eo: et cum adulte-
ris portionem tuam ponebas. Os tuum ha-
bundauit malicia: et lingua tua conti-
nabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum